



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

349. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex eodem.*

Concil. Carthag. c. 26.

CCCXLVIII. Placuit ut rem Ecclesiæ nemo vendat. Quòd si redditus non habet, & aliqua nimia necessitas cogat, hoc insinuandum est primati provinciæ ipsius; ut cum statuto numero Episcoporum, utrum fiendum sit, arbitretur. Quod si non fecerit, reus Deo & concilio venditor amisso honore teneatur.

*Ex decretis sancti Martini Papa.*Martin. Bracar. c. 14.
Burchard. lib. 1. c. 215. & lib. 3. c. 181.

* infcio clero

CCCXLIX. Si quis Episcopus, nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus, * in suo clero, aut ubi fortè non est Presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere, res ipsas Ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, & in iudicio Episcoporum deiciatur auditus, & tanquam furti aut latrocinij reus suo honore privetur.

Quid agere oporteat propinquos illius qui Ecclesiam ditavit de rebus suis, si præviderint ex collatis aliquid defraudatum Ecclesiæ. *Ex Concilio Toletano.*

Concil. Tolet. 9. c. 1.
Burchard. lib. 3. c. 182.

CCCL. Omnis itaque rei ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum rite præparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel iuri suo aut cathedræ propriæ unitati connectat. Verùm ut hujus rei potior soliditas habeatur, propinquis ejus qui construxit vel ditavit Ecclesiam licitum sit hanc bonæ intentionis ha-